131 87

Salve preceptor charissime. Dedi ad te lrãs Iliade longa longiores, et forsitan
multo verbosiores q̃ aures tuę elegantissimę mererentur. Verbosiores autem,
ut et meum in te animũ hoc ẽ deditissimũ, et status mei universam conditio/
nẽ retegerẽ. Nunc vero cũ oĩa meã sursum ac deorsum devoluta sint, nõ potui
nõ multis stupidorũ tũ verborũ miriadibus, eandẽ status mei perturbatã telam
retexere. Tu (ut soles) plana fronte hęc quęcunq; tecũ aut conqueror aut nugor
legito. Eam ob causã, q̃ sis, quẽ inter preceptores meos oẽs, ferventissimo
amore, et infatigabili observatione, tũ propter tua ingentia in me beneficia collocata,
tum propter rara et doctrinę et fortunę quę in te sunt ornamenta prosequar, affici/
amq;. Deinde q̃ mihi ipse persuadeã, verbositate mea sive ea multa fuerit aut
nulla, numq; tam unice a te amarer, amerq; adeo molestũ fuisse. Et cur nõ
auderem deberemve, apud illũ oĩa ãi mei consilia enumerare quẽ post prentes/
parentes, nõ divina lege tm̃, sed naturali etiã instincto venerandos, effictim
exosculer, atq; adeo exosculer ut quibus id verbis exprimi possit nesciã. Iam/
vero evomo. Patris et Mironij commendatione, meisq; precibus persuasus
inter suos Discipulos et Coepulones me Glareanus acceperat. Locus supererat
in Camera eius domus quã inhabitabat, in quã ego recipior, tres meũ mora/
bantur quod forsitan studijs meis incommodum erat. Hyems membra frigo/
ris impatientia urebat, nec erat Caminũ sub quo more Gallico, extructo igne
frigus arcerem. Conveni Glareanum ut favore eius mihi Camerã mutare lice/
ret in eadẽ domo. Ille nec nihil prohibens aut permittẽs, mollitiem incusabat,
et consilio meo repugnabat. Interim tum sępe in commodiorẽ locum se receptu/
rum promitteret, nihil tñ efficiebat, nec facturus erat, Donec quidam
discipulorũ eius hospitem offendissent sed levi admisso graviter. Qui cum offensus eẽt
Glareanũ e sua domo concedere iubet, soluto hospite migrat et ego quoq; migra/
bam, Cameram in qua eẽt et Caminum et sudoriũ eligo. Illa satis morose mihi co/
ferebatur. Ego cum meis socijs fornacẽ in sudorio ponebã, Fornax impatiens tum
ignis ob humiditatẽ, fumabat. et prope manentibus bilẽ excitabat, Minantur se
fracturos fornacẽ multis contumelijs et minis nos obruentes. Cũ vellẽ nisi Glare/
ani pace olim ab ipso discedere, videbar nõ alio pacto efficere posse q̃ si mutato
hospicio continuo Glareanũ cum suorũ quibusdam relinquerẽ, Priusq; post solitas
inter nos mutuasq; rixas ad mutua verbera inferenda descenderemus. Quod si
factum esset maiori odio et excandescentia hominis abyssem. Preterea tum
me plura in ira excitaret, per huius animę meę summa dispendia iurabã, Gla/
reani domo q̃ primũ possem longum valere dicturũ. Sub hęc (nõ enim presen/
serat) quę inter nos facta eẽnt oĩa illi narro, consiliumq; quod ceperã expono,
addoq; me et invenisse et conduxisse quoq; cũ alijs quibusdã domũ in qua va/
porarium extructum esset, in eã ergo me exiturum. Quibus ille verbis contẽ/
derit et pugnaverit, quibus ego quibus alij nõ facile enumeraverim. Animi
mei decretum tñ non mutarem, nec liceret iuramento impeditũ mutare, id
quod statuerã exequor. Ille quoniã ego desyderassem recipi, et ab eo ipsa dicto/
rum patris et Mironij comendatione permoto, receptus fuissem, atq; abire para/
rem, mirũ in modũ iratus parenti meo tibiq; oĩa se scripturũ minabatur. Ego
nihil territus Kal. Ianuarij Preceptorẽ meũ cum suis salutavi discessiq;.
Anteq; hęc fierent graviter mecũ Glareanus dissensit, Cur autẽ dissentiret causa
hęc fuit. I. Leopoldus Grebelius affinis meus Celeres regios ad prandiũ invitaverat,

Veniebant illi, et more militari egregie potabant, et mihi tum alys quoq propinabant,
ego cum solus paria facere vellem quo milites hilariores e[ss]ent paulatim temulentus
fiebam, tacite certe blandum venenū vinum, nec ebrietatis admonens illabebatur.
Protinus ergo ut aiunt cum vino residente verba supernatarent, per vulnera dei pre
sente Glareano et ioco iurasse dicor et Bacchanalia celebrasse. Iubente Glareano abdu
bar. In Grabathū iacentibus quod cū prefatione honoris tui dixerim imbibitū immoderate
vinū recumbebā. Quod cum per delatores accepisset, stomachabatur, meq[ue] aliq[uan]diu
paucula loquens etiam cum salutaretur, egre submissa admodū voce ridebat. Nō inde
batur me venia velle dignari, cum t[ame]n ex suis unus prius simili errore deliquisset quem
t[ame]n longe me benevolentius tractaret nec me ut preceptor debuisset increpabat. Quod
cum futurum fore mihi persuasissem, non rogabā ut ignosceret, rogaturus si pro offi
cio reprehendisset. Id quod cum primis diebus aliquot neglexisset, tandē amicis
verbis castigavit, ego partes meas agens, quibus potui verbis culpam orabā ut
perq[ue] modestissime victuro ignosceret, et ad primū facinus conniveret obsecrabam.
Ignoscere quidē putabā, sed lente amare credebā, et ingratū me illi ob hoc adınis
sum e[ss]e certis indicys notabam, exercere illū simultatē tacitus iudissem. Cū ea
his magnopere cruciarer quod me morari apud [eos] oporteret quibus ingratus e[ss]em sup[er]
riq[ue] dicta causa accedente nunc nō apud Glareanū ut dixi moror verū alibi apud
cive honestum, ne me forsitan peregrinandi causa illud quispiā fecisse arbitretur.
Quid si nec illis bonis l[itte]ris frigidā operam navo? Beraldum nempe virū doctū
Quintiliani Oratorias institutiones cum Valla interpretantē audio. Glareanus suis
mihi lectionibus interdixit. Publica nō poterit, si Regius poeta pronunciabit,
nondum enim pronunciatus e[st], stipendium quod propter Helvetiorum iuvenes
habere fertur, aut ut sperat augebitur, aut ut dubiū e[st] ipse Beraldusve prouinci
am Poetice lectionis suscipiet. Q[ua]ndiu Lutetie mansurus sim ignoro. Bononi
am certe Italiamq[ue] in aīo habeo olim visere, Comites certe mihi deerunt, q[ua]m aut
pecunia aut aliq[ui]d in Italiam concedendi. Quod ad te attinet Budeus in
loco illo Pliniano quē te nobis ostendere memini ubi dictio negativa iudicio
tuo aliter ponenda erat, repugnat. Glareanus non admittit Helvetios ho
die Germanos esse. Idem in omnibus doctis viris Grecitatem, et amorē effecti
o[mn]is novorum vocabulorum q[uan]tum ad Gentilicia et locorum nō Latine interp[re]tatorum no
mina attinet desyderat. Si Vadianomastyges e[ss]ent qui nō[m]i[ni] tuo obstrepere
conarentur nō, credis q[uo]d pro te Leopoldus et ego, fortem pugnā pugnaremus.
Qui te de facie scriptisq[ue] cognoscunt si Doctrine ubertatē sp[ect]et morū integrā comi
tatē spectes, t[ibi] sponte palmā tribuunt. Ad me redeo. Ut corporis mei optimā ra
tionem habeā in postremis tuis ad me datis admones. Habere quidē sit posse,
aut ferrē quando pedes mei nō minus valitudinary sint q[ua]m essent cū Viennā nō
dum reliquissem. Causam reor esse q[uod] q[uo]d Brumali frigore, plus q[ua]m l[icui]s[se]t necessario
necessario doleant, et merito q[uonia]m sepe pensili Venere mulieribus miscuerim. Vix
hoc confessus sum, sed os epistole nō erubescit. Tu quoq[ue] hec adeo [...]cies ut nescire
videare. Preceptor es si quid confitendū e[st] Harpocrates si quid silendū. Medicus
sis quoq[ue] qui es medicus. Nisi enim absenti consulas, et opē feras qui quo remedio
sanabili morbo occurrere debeā de bona valetudine pedum desperavi. Fer, quod fames
Kobleri gener Lutetiā venit, meq[ue] semel pransus te Viennę et uxorē nullā ad
huc duxisse narravit. Nimis ergo mane ut illud (putabā enim iā duxisse) tibi tuisq[ue]
foelix faustumq[ue] e[ss]et optavi. Dicere quod sentio, sed vereor ne putes me nō ex aīo
dicere, cum idipsum quod in buccis iā e[st] ex animi vel intimis medullis sit profectū.
Vir es unus omnibus prestans, Integritate profecto et Humanitate Doctrinaq[ue] conditis,
inter s[uo]s Helvetios facile princeps, fortunę muneribus dives, splendidissimis rarisq[ue]
titulis (id quod unus maxime merebaris) decoratus, honestissimis domiq[ue] ditissimis
parentibus foelix et te filio tali pari modo foelices parentes, Es ut paucis dicam

totius patrię mę oraculum, Quo hec tendant miraberis. Sororē habeo (si nescis)
nubilē, ea ipsa parentes habet non tam divites q[ua]m honestos forsitan, ne de illis
Panegyricum faciā, aut eius pauperitatē obyciam, simplex e[st] q[uia] iuvenis, tui
cupida quia talis es, Rudita q[uia] ita educata, Parentes hanc tibi desponsaturi,
generum te prę alys o[mn]ibus q[ui] prę alys o[mn]ibus [omnes suas] eligunt. Ego te sororio, soror marito
nō foelices e[ss]e nō poterimus. Q[uod]r ergo matrimony vinculo nulli adhuc devinctus
es, occasio in uxorē ducendi sororē meā superest, et maxime q[uod] eā superesse co
gratularis tuis l[itte]ris. n. credo, superest si ipse velis maxime, et minime superest
(quod nō vereor) si requisiturus sis in futura coniuge quęcunq[ue] futura est,
spectabilē formā, a socero quicunq[ue] te genero passim cantabitur grandē cū fi
lia dotē. Fata incusabimus malignitatis si soror mea ea nō erit q[uo]d Thalassio[n]
deferenda sit. Quā simplex es nimirū dices, q[ua]m pueriliter scribis, q[ua]m inaniter
garris, q[ua]m vecordi Battalogia obstrepis. At amor hęc o[mn]ia iubet. Amor ille erga te
meus quo te ipsum magis q[ua]m credas et ego exprimere queā iamdudum optime de
me meritū meiq[ue] amantissimū preceptorē prosecutus sum atq[ue] etiamnū prosequor
redamatum, prosequarq[ue] dū fata sinent perquam libentissime. Et eo magis quo magis
affinis eris, nec eo minus quo minus affinis eris. Ea videlicet alumnus tuus
(garrio sed veraciter) amoris et observationis erga te mutuo de palma luctan
tium fundamenta ieci, ut nec fortunę malignitate, nec temporis edacitate,
aut amor aut observatio corruere queat. Hęc o[mn]ia deblateravi, ut omnē meum
statū [...] amorē tui venerationē, nec minus omniū meorū nō minorē adver
sus Vadianū virū undecunq[ue] clarissimū, voluntatē a summo vertice ad imos usq[ue] talos
intus et in cute contemplareris. Cū Epistola ad te scribenda occuparer, sed si
mavis delectarer Caesarē quidā simul cū imperio vitā reliquisse, Franciscū
nobilem quendā magno conscripto exercitu Helvetię urbes quę ab imperio desci
vissent oppugnaturū aiebant. Fortes habet patria nostra ob unicā semel fugā
toties notata viros utpote reipu[blicae] defensores habet eadē imbelles hen privatę
rei intentos, nihil timebo[ti]s illinc, hinc maxime, nec hinc quoq[ue] suę enim [...]
salutis nullus non immemor et vindex erit. Rex Gallię (ut quidā nugantur)
Germanię Romanū imperiū, Cęsareū nomē, vide q[ua]m bene hęc conveniant,
sibi promittit. Hoc apud nos novi erat et illud quoq[ue]. Hulderi[cu]s Zwinglius
Tiguri Parochus, Valentinus Sondus qui l[itte]ras meas patri ad te datas ex Gallia
tulit, Glareano dictus e[st]. Cū rebus meis Viennę relictis, quicquid ages,
nō poteris male agere. Magistrū Gvolfgangū, tuū illū conphilosophū, meū
vero patronū cui ob merita paria, ob amorē item amorē, ob doctrinā vene
rationis obsequiū semper debebo, Fr[atr]em tuū q[ui] tui similis e[st] et mihi familiari
tate iungebatur, Ioannē de Hinwil veterē meū amicū, Cluarium q[ui] mihi commendatis
simus e[ss]e meruit, Binderiū qui noluit charū tamē, Andream si tecū e[st] amore et
meritis mutuis mihi devinctū, Denique o[mn]es qui adhuc me salutari nō resp[ui]unt
nomine meo salutato. Nisi qui imperare mihi o[mn]ia potes, scripturū ad te pauris
iubeas expedire, ego semel ut Hyrundo in colloquiū epistolare [admissus] sine fine arc[a]dica
nęo loquacior longius cecū q[ua]m adhuc unq[ua]m quotiescunq[ue] agere dabitur agā. Sed quicquid
imperabis seu nō imperabis, ipse meā garrulitatē, aut enim omnē intempestivā e[ss]e
quoniā amor meus nō sit intempestivus, [nō] intempestivā esse arbitrabor. Nō importunus
aut amor meus est q[uonia]m nullus amor nō importunus importunus e[st]. Nisi sit hoc ipso
q[uo]d garriā. Ne aut[em] sit tu iussisti. Superioribus ad te datis l[itte]ris per deū Opt.
Max. respondeas oro His quoq[ue] q[ua]m primū potueris. Velle Epistolā tuā Pontani
[li]minare ad me scriptā habere. Vale undecunq[ue] doctissime et charissime preceptor
tam diu usq[ue] et vive et vale q[uo]d ego te incessanter, amo, suspicio predico. Ex Lutetia Par.
Quarto K[a]l[endas] Februarij. Anno salutis MDXVIIII. Conradus Grebelius T. H.
pedum tuorum suppedaneum.

B.I.G. Farbkarte #13 Inches Centimetres Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Viro integerrimo Poetę clarissimo
Medico optimo Ioachimo Vadiano
Heluetio preceptori suo colendis-
simo.